



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLIX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Marienaltar in der Pfarrkirche zu Kyritz Hebungen aus der Münze, am 8. Mai 1362.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

ferre contingeret, ex hoc tamen nolumus Altari in redditibus permutatis (sic) aliquod detrimentum euenire. Renunciantes etc. — In cuius etc. Presentibus Jo. de hufen, Petro de Trutenberg, Jo. de Waldow, militibus, Mathia de Bredow, Coquine nostre magistro, Cum Ceteris. Datum kyritz, Anno domini LXI^o, Sabbato post festum Epyphanie eiusdem.

Aus dem Ragokly'schen Copialbuche No. XIV.

XLIX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Marienaltar in der Pfarrkirche zu Kyritz Gebungen aus der Münze, am 8. Mai 1362.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. Ob ingem et perhennem animarum magnificorum principum marchionum brandenburgenfium predecessorum nostrorum pie recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam sempiternam, appropriauimus et presentibus appropriamus quinque talenta denariorum brandenburgenfium reddituum annuorum in moneta ciuitatis nostre kyritz sita, que prius strenuus vir hennyngus wuthenowe, fidelis noster dilectus, a nobis in pheodo tenuit et possedit, qui etiam hennyngus dicta V talenta ecclesie in nostra presentia beniuole resignauit, sic quod ipsa V talenta ad altare beate et gloriose virginis marie in ecclesia parochiali predicte ciuitatis nostre kiritz debebunt perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo quiete et pacifice et sine impedimento quorumlibet pertinere etc. Volumus etiam, quod per altaris tam siue ad dictum (altare) presentatum debeat singulis diebus missa de dicta beata maria virgine in dicto altari cantando perpetue sollempniter celebrari. Renunciantes etc. Volumus etiam jus presentandi dicti altaris ad plebanum in kyritz, qui pro tempore fuerit pertinere, sic quod quocienscunquo vacauerit personam idoneam ad dictum altare debeat et poterit presentare. In cuius etc. Presentibus Gumperto de Aldenhufen, kristano bofel militibus, Geuehardo de Aluenfleuen et mathia de bredowe cum etc. Datum Kiritz, Anno LXII^o, Dominica Jubilate Deo.

Aus dem Ragokly'schen Copialbuche No. XVI.

L. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Marienaltar in der Kapelle vor dem Buserhausen'schen Thor zu Kyritz Gebungen aus der Münze dasebst, am 28. October 1362.

Item nota dominus apropiatuit quatuor frusta sita in Moneta kiritz ad altare beate Marie virginis, in quo singulis diebus missa de beate virgine cantando debeat celebrari, que hennyngus Bolte, cuius in kiritz, cum quibusdam aliis redditibus a Johanne Steyndal, ciue in Perl-